

ditione eorum, quibus maxime innititur Arnoldus. Waldshutenses, quos primitias Lutherano-Evangelicorum extitisse, falso autumat, fuerunt manifestissimi & crassissimi Anabaptistae, erroribus Thomae Munzeri & Nicolai Storchii infecti, ex quibus, si indoles genuinae LVTHERI reformatio-
nis deprehendi & dijudicari debeat, exspirabit omnis nostra doctrina e verbo DEI per orthodoxum LVTHERI ministerium proposita ac confirmata. Enthusiastae, qui tempore Reformationis tumultus, imo seditiones movere incipiebant, non Lutheri sententias, sed alienas ex orco revocatas opinio-
nes profitebantur. (II.) *Ex Lutheri confessione*, qui infantes non modo baptizari posse, sed etiam debere, secundum Scriptu-
ram S. docebat, neque etiam ullus locus in LVTHERI scri-
ptis obvius afferri potest, in quo aut palam, aut indirecte necessitate baptizandi infantes, detrahere videtur. De fratribus Bohemicis, siquidem in multis cum eo rectissime senti-
rent, non sine causa modeste judicare voluit, spes enim era-
rat, fore, ut rectiora edocti, circa Sacramentorum, imprimis S. Coenae dignitatem, eandem cum eo aliquando ample-
terentur doctrinam. Isti pro haereticis non statim sunt declarandi, qui quidem in aliquo fidei articulo haud parum errant, errores tamen pervicaciter defendere nolunt, sed potius puriori Ecclesiae favere quodammodo videntur.

§. IV. (III.) *Ex publico Arnoldi cum Adversariis in hac do-
ctrina consensu*, quem adversus Lutherum amplexus, variis-
que modis insinuare & scriptis & factis voluit. Ita enim in
der Erklärung seines Sinnes beym Kirch- und Abendmahl-gehen p. 19. Ein wahrer Gläubiger verlange nicht in den öffentlichen Gottes-Dienst, oder in die Kirchen zu geben, ingleichen das Abend-
mahl zu genüssen, er thue es nur um der Rube willen, er be-
dürff es gar nicht, sondern thue es aus Discretion, p. 22. es sey nur nothwendig vor die Unwissenden, p. 64. quae pessima ad-
versus objectam LVTHERI autoritatem c. VI. defendit,